M0002886: Page from Liber additamentorum

Publication/Creation

17 March 1932

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/t5zhjg4t

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

prior de Walingeford deo et ecclesie sancti Albani
Casto autem continens eandem gemmam unionem et
ipse lapis ad maiorem cancellam et secreta-
tem quandam aureo tectulo circumcingitur:
prout in capite huius capituli figuratur.
Ponderat autem sex denar. De Saphiro



Hunc lapidem preciosum domini Nich.
videlicet saphirum fere rotundum
et coloris remissi dedit dominus
Nicholaus aurifaber de Sancto Alba-
no oriundus: deo et ecclesie S. Albani. Hec gemma
quondam fuit beati Admundi cantuariensis archiepiscopi
Postea vero Sancti Roberti fratris eius. Postea vero
memorati domini Nicholai. In libo siquidem
castonis subtilissime litere insculpuntur
nigellate. Et crux cum crucifixo figuratur.
Ponderat autem sex den. De anulo archidi



Hunc anulum continentem aconi Johis.
annum saphirum orientalem intensi
coloris dedit huic ecclesie dominus Johannes
de Wymundham huius ecclesie archidiaconus
Quem de dono domini Rogeri ecclesie huius prioris
optinuerat. In una quoque parte anuli ad
memoriam huius nominis Johis perpetuandam:
insculpitur et nigellatur hec litera J. ex altera vero:
O. Pondat autem novem den. et ob. De anulo Ric.

Hunc anulum continentem animal.
saphirum orientalem coloris intensi:
dedit dominus Ric. cognomento animal
deo et huic ecclesie. Quem de dono cuius-
dam regine Alienore optinuerat
quia consocii in sua iuventute extiterant
et sodales. Fuerat autem gemma antea ipsi
regine A. In una quoque parte anuli insculpi-
tur R. In alia: A. R. pro Ric. A. pro animal.
Pondat autem decem den. De anulo episcopi Johis

Hunc anulum dedit deo cum magno
et huic ecclesie dominus Johannes Saphiro
episcopus quidam Ardfertensis. In cuius
castone continetur saphirus quidam orien-
talis pulcherrimus mireque magnitudinis
quatuor tenaculis que vulgariter prons
dicunt circumseptus. Qui dictus saphirus per
quatuor angulos in unum consurgit in medio
sumitate. Deputatur precipuis festivi-
tatibus. Inscribiturque hoc nomen Johis.
Ponderat autem xviii. den.



Hunc lapidem preciosum De peridoto
quem vulgariter dicunt peridot. Qui et
subviridis coloris est. Et in cuius me-
dio saphirus mire pulchritudinis colloca-
tur. et hoc nomen Johis inicialiter insculpi-
tur: dedit dominus Johannes episcopus quidam Ardfertensis
deo et huic ecclesie. Perforatur autem. Et virtutem
habet spasmum potenter refrenandi. Habet utique
formam fere clipealem. Et pondat xi. den.



Hunc lapidem preciosum De Saphiro ei
videlicet saphirum orientalem dem epi.
dedit deo et huic ecclesie pie recordacio-
nis memoratus dominus Johannes episcopus quidam
Ardfertensis. In cuius castone oblongo
et fere triangulari dictus saphirus continetur
In longum et in eius sumitate perforatur.
Casto autem hac notula signatur
Pondat autem sex den. Hec et alia multa
bona contulit dictus episcopus huic ecclesie. que alibi
diligens perscrutator invenire poterit annotata.



Hunc anulum De magno anulo
nobilissimum rotundum et gemma-
tum materia et opere preciosum. In cuius
medio saphirus remissi colo-
ris inter iiii. aureos flosculos
collocatur. et in circuitu eius octo gem-
me. quatuor scilicet perle. et quatuor granate: dedit
dominus Henricus episcopus Wintoniensis frater domini Anglorum regis
deo et huic ecclesie ad memoriam sui tradens
perpetuandam. Ipsius quoque nomen habebit circu-
lo anuli. Assignatur autem ornatui abbatis
precipuis festivitatibus. Pondat autem xxviii. d.

Hunc lapidem pre-
ciosum quem videlicet
constat ex sar-
donice cal-
cedonio et
onice pre-
hoc quod in-
trinsece la-
tet. verum
ipse totum
vulgariter
kaadmau
appellatur. de-
dit deo et ecclesie

BRITISH MUSEUM